

Vale Vir Amplissimus et me amas, qui ex catarrho domi detentus, per
otium ista chartis illudo. Haga Comitij. 19. Decembris 1629.

Hospiti, Hospitaque amicissimi cogitatis
salutem plurimam exopto.

Vallensio.

(112).
Quando sic statuisse videris Vir Doctissimo, ut amicos Haga
nisi in discrimine valetudinis non inuisas, oportet ipsi
eminus curamus, ut ne quas adire tanto diffuso adiri tan-
dem in discrimine necesse habeamus. Pilularum
capsulam, quā me indemnem, inter tot morborum
contagia totā astate praestitisti, totam pridem exhausti
et iterum nunc manū vacuā obnixē rogo, ut alteram
subsidiō promptē mittas. sed nec mittas tamen, nisi
additā impensarum ratione, quā me obsecratum tibi
agnosco. duplici me dono obstringes, sicut presenti
satis feceris, et praeteriti libertatem, quo decet pactis
non procluseris. His ego pilulis eo praecipue capior,
quod officio probe et iucunde perfuncta, beneficii gra-
tiam, quod multa solent adstrictā post se alvo non
eludant; sed redire ad se naturae munia non invita
patiantur. Tu si me amas, qui his anni tempe-
tatibus, catarrho identidem solenni afflictus, vacuatione
tantillā interrompere mali fluxum non obscure didici.
quæso per te valeam. is enim ~~est~~ ovis, qui hoc ipsum
tibi ex τῆς ἀναδύματος τυσκαετικῆς continuo precari non
desim. Vale. Haga 12. Ian. 1630.

Nisi consali per epistolam gravaris, fac rogo,
per otium, ut sciam de aceto Scillitico quid
sentias, et quid sentire probos nos, ignarosque
mortales deceat de ministerio ejus praconio
quod Galeni vestri verbi passim allegari
video.

Barlaeo.

(113).
Redeunt ad Te tandem versus tui Vir Doctissime cum
aliorum versiculis, quas (Bonifacii inquam hoc posteros) tanto
peris cur inanes ^{non} satis compertum habeo. nisi quod
adscripta